

*140. Instrumentum venditionis di
Antonello de Stampis in favore della
chiesa cattedrale di S. Gerardo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali

sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*140. Instrumentum venditionis di
Antonello de Stampis in favore della
chiesa cattedrale di S. Gerardo*

1439-02-22

(c. 247r) In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo
tricesimo nono, regnante serenissimo et invittissimo
domino nostro domino Regno Dei gratia Hierusalem et
Sicilie rege ac Undegavie, Bare et Lochenigie duce,
Provincie, Pontis marchionis <*sic*>, Cenomanie comite,
regnum vero eius anno quarto feliciter amen, die
vigesimo secundo mensis februarii, secunde inditionis,
apud civitatem Potentie.

1

2

3

4

Nos Iacobus de Bono Ioanne de Potentia annalis
iudex civitatis Potentie, Tomasius Strambus de Potentia
publicus ubilibet per provincias Principatus citra et
ultra serras Montorii, Capitinate et Basilicate regia
authoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter
vocati et rogati, presenti scripto puplico instrumento
fatemur atque testamur quod predicto die eiusdem
ibidem contulentibus nobis personaliter ad postulatum
nobis exinde fattum per venerabilem virum domnum
Lucam de Zoffo, cantorem maioris ecclesie Potentine,
procuratorem et yconomum eiusdem ecclesie, ut dixit,
ad domum Antonelli de Stampis, sitam intus civitatem
Potentie, in parrochia ecclesie Santi Girardi suis loco
et finibus designata, qui quidem Antonellus in nostri

In computo dell'era regni è per anno incipiente allungato

Così S per Andegavie

Così S per Bari

Così S per Lothoringe

presentia constitutus et sue // (c. 247v) vive vocis
 oraculo dixit, asserens coram nobis, quod pro alimenta
 vita(m) et familia(m) suam comode procurare habere
 non vi, dolo, metu ductus, ut dixit, et sicut sibi utile
 et expediens visum fuit, nec aliquibus suasionibus
 circumventus, vendidit, alienavit et per fustim assignavit
 iure proprio et inperpetuum domne Luce de Zoffo,
 procuratori et yconomo ditte maioris ecclesie Potentine
 ibidem ementi, presenti, recipienti et stipulanti nomine
 et pro parte ditte ecclesie, clericorum, presbiterorum
 et capituli eiusdem ecclesie agenti, terras quas idem
 Antonellus dixit habere, tenere et possidere iusto titulo
 in tenimento civitatis Potentie, in pertinentiis ubi dicitur
 la Brada condam domini Mase de Stampis, videlicet
 terras versus partes que dessendit <sic> ad flumen
 magnum versus planques, capacitatis in semine sicut
 dixit tumulorum sexdecim, confinatas ab una parte iuxta
 viam puplicam qua itur ad pontem Santi Heroncii, ab
 alia parte iuxta terras Francisci de Stampis mediante
 limite comuni et a parte inferiori versus serratam iuxta
 quandam terram beneficii preditti domini Luce cantoris,
 mediante limite comuni a superiori parte, iuxta vineam
 Ioannis de Calzano via puplica mediante // (c. 248r) et
 alios fines, francas, liberas et exemptas ab omni onere
 redditus venditionis seu hipotecationis et obligationis
 cuiuscumque. Et dittus venditor prefatum emptorem
 in corporalem possessionem dittarum terrarum coram
 nobis per fustem induxit ad verum dominium et
 proprietatem ipsius emptoris et ditorum clericorum ditte
 ecclesie et subcessorum ipsius ad habendum, tenendum,
 possidendum, vendendum, donandum, utifruendum,
 permutandum, nec non et quocumque modo voluerit tam
 ipse emptor, nomine et pro parte ditte ecclesie, capituli,

clericorum, ecclesie antefate alienandum, cum viis suis in dittis terris intrandi et exeundi atque cum omnibus aliis iuribus et pertinentiis suis eisdem terris spettantibus quovismodo. Pro qua venditione predittus Antonellus venditor coram nobis confexus fuit et contentus se habuisse et manualiter recepisce a ditto cantore emptore pro parte ditte ecclesie, nomine ultimi <pretii> conventi inter eos in carlenis argenti, sexaginta per uncias et duobus pro tareno quolibet computatis, usualis regni pecunie et ponderis generalis, uncias sex, totum silicet pretium venditionis ipsius. Promittens dittus venditor per se et suos heredes // (c. 248v) ditto emptori pro se et suis heredibus et nomine et pro parte dittorum clericorum capituli ditte ecclesie et successorum eiusdem ecclesie stipulanti, litem, controversiam vel questionem aliquam de dittis terris ullo umquam tempore non inferre nec inferenti consentire vel assentire seu dittas terras eidem emptori et suis clericis successoribus ab omni homine, universitate, collegio et persona quacumque legitime defendere, guarentire et disbrigare et de evitione teneri et dittam venditionem et omnia et singula supraditta et infrascripta firmum et firmam, ratam, gratam habere, tenere, nunquam contrafacere seu venire, per se et suos heredes aut aliquos quovis modo, in iudicio vel extra, de iure vel de facto, aliqua occasione, ingenio, modo seu trattatu, sub pena dupli pretii supraditti, medietate ipsius pene regie curie vel alteri competenti curie ubi exinde fatta fuerit reclamatio seu querela et altera medietate ditto emptori, nomine et pro parte clericorum et capituli ditte ecclesie et successorum eorundem persolvenda, totiens quotiens forte fuerit exinde quomodolibet contraventum, me preditto notario tamquam persona publica pro parte ditte curie // (c. 249r) et ditto emptore pro se et

nomine et pro parte clericorum preditorum a predito venditore sollemniter stipulantibus penam ipsam. Qua commissa vel non commissa, exatta vel non exatta seu gratiose remissa presens nihilominus instrumentum cum omnibus que in se continet in suo semper robore et efficacia perseverent, cum refettione omnium dapnorum interesse et expensarum litis et extra lites que forte fierent propterea quoquomodo, de quibus stari et credi debeat assertioni cum iuramento ditto emptoris et clericorum preditorum successorum suorum, nulla alia ratione quesita. Et nihilominus supradittum debitum est exinde quod dittus venditor si quo quod plus dittas uncias sex ditte terre valuerint, nunc prout ex tunc coram nobis fecit donationem inrevocabiliter inter vivos ditte ecclesie pro anima parentum suorum et consanguineorum et renuntiavit super his dittus venditor voluntarie et expresse, pro cautela ditti emptoris procuratoris ut supra nomine et pro parte clericorum eiusdem ecclesie exceptioni doli mali, vis, metus et in fattum, presentis non sic celebrati contrattus, exceptioni deceptionis et fraudis, reique predito modo non geste vel aliter habite quam superius // (c. 249v) continetur et est expressum, exceptioni ditte non numerate pecunie, non solute, non habite et non recepte ac non boni argenti, legi ressissorie qua deceptis ultra dimidiam iusti pretii subvenitur et generaliter omnibus aliis auxiliis omnium iurium atque legum et specialiter iuri dicenti generalem renuntiationem non valere et iuri per quod cavetur quod ditto iuri renuntiari non potest, quibus et propter que ditta venditio, sicut prefertur, et confexio et scripti huius tenor possent in aliquo minui vel infringi. Pro quibus omnibus et singulis observandis et inviolabiliter attendendis et quod preditta omnia et

singula vera sint, predittus venditor preditto emptori presenti et recipienti coram nobis corporaliter tanta prestitit ad santa Dei evangelia iuramentum; et voluerunt ditti contrahentes quod si aliqua iuris solepnitas in hoc presenti instrumento deficeret, tacite et expresse intelligatur in eo et totiens refici et emendari possit ad consilium sapientis donec opus fuerit, veritatis substantia non mutata. Unde ad futuram memoriam et ditti venditoris preces et prefati emptoris agentis nomine et pro parte dittoꝝ clericorū ditte ecclesie // (c. 250r) presentium et futurorū cautelam, fattum est exinde presens publicum instrumentum per manus mei preditti notarii et nostrum qui supra iudicis et subscriptorum testium subscriptionibus roboratum.

5

6

7

8

9

Quod scripsi ego predittus Tomasius publicus ut supra notarius qui premissis omnibus rogatus et vocatus interfui, ipsumque meo consueto signo signavi. (SN) † Ego Iacobus de Bono Ioanne qui supra iudicis † Ego Antonellus de Vineola interfui et me subscripsi † Ego Matheus Cappellus testis interfui † Ego Baldasar de
Così S probabilmente per pro alimenta vite et familie sue comode procurare, sponte piuttosto che pro-habere
Così S per brayda
Così S probabilmente per ysquitellos
Dubito della lettura
Così S per? forte

Pedatio testis interfui † Ego magistro Laurentio de
 Populo testis interfui † Ego Franciscus de Ytto de Gayeta
 testis interfui † Ego Angelus de Paldera testis

10

11

Così S per Aprutio (dalla nota testium)

Così S per Paldonea (da docc. coevi)